

## Band X., Nr. 4920, Seite 545-546

*Graf Friedrich der Ältere von Zollern verkauft den Fronhof in Entringen, mit dem das Patronatrecht verbunden ist, und Güter in Breitenholz an Kloster Bebenhausen.*

Esslingen, 1296. November 22.

Presentium litterarum inspectoribus universis Fridericus senior comes de Zolre Constantiensis dyocesis rei notitiam subnotate. Veritas non querit angulos nec opera sua ponit sub modio, sed potius in candelabro vivi testimonii ac lucentium scripturarum. Hiis itaque scriptis tamquam in iure confessi publice recognoscimus et notorium facimus omni homini fide digno, quod ob urgentem necessitatem nobis et nostris liberis communiter ex variis debitis imminentem <sup>1</sup>curiam dictam Vronhof porte cimiterii ecclesie de Anthringen situ obiectam, quam nunc Waltherus dictus Walzze incolit nec non omnes possessiones nostras apud Braitenholz ubilibet constitutas cum omnibus earundem curie ac possessionum fundis areis edificiis domibus horreis ortis pratis agris plantis silvis pascuis nunc habitis et habendis aquis aquarum usibus viis inviis iuribus et iurisdictionibus quibuscumque religioso monasterio de Bebenhusen ordinis Cysterciensis dyocesis prenotate pro quadringentis et quinquaginta libris denariorum bonorum Hallensis monete nobis ab eodem monasterio integraliter exsolutis et in redemptionem necessitatis prefate palam conversis vendidimus mediante contractu iusto licito et honesto et adhibentes eidem contractui sollempnitatem verborum et gestuum debitam et consuetam ipsum monasterium fecimus et hiis scriptis facimus res venditas bona fide ac iusto titulo possidere ac perpetim obtinere eo quod in possessionibus et pertinentiis prenotatis nichil dominii iuris cause vel occasionis reservavimus nobis aut nostris heredibus procreatis vel etiam procreandis <sup>2</sup>et licet ius patronatus ecclesie memorate de Anthringen, quod nobis hactenus pertinebat, prenarrato vendito sit annexum, non tamen ipsum ius patronatus ut venditum sed potius ut per manus nostras deo beate Marie virgini ac monasterio sepedicto

<sup>1</sup> *curiam – incolit*: Überlieferung B: *curiam nostram ecclesie de Anthringen assitam, quam Ruodolfus dictus Ansheln incolit.*

<sup>2</sup> *et – obstante*: Überlieferung B: *Ne autem super iure patronatus ecclesie prenarrate de Anthringen, quod nobis hactenus pertinebat questio valeat suboriri, puta utrum pertineat ad vendita supradicta aut fundis aliis sit annexum, nos per interpretationem huius pagine diffinimus quod ipsum ius patronatus ecclesie antedictae de Anthringen in omnem eventum transire volumus ad predictum monasterium cum vendito suprascripto, non tamen ut venditum sed potius ut per nostras manus deo beate Marie virgini ac monasterio sepedicto gratuite datum gratis oblatum et in victimam erogatum.*

## II

gratuite datum gratis oblatum et in victimam erogatum transire volumus in omnem eventum cum ipso vendito ad idem monasterium contradictione qualibet non obstante. Et ecce ad habundantem cautelam consensum honorabilis viri . . . prepositi maioris ecclesie Augustensis nostri fratris carissimi ac nostrorum omnium liberorum requisivimus et obtinuimus super omnibus articulis prenotatis. Nec licebit nobis aut aliquibus nostris heredibus quicquam in contrarium quomodolibet attemptare, presertim cum renuntiationes exceptionum cuiuslibet sollempnitatis necessarie totaliter vel particulariter in proposito pretermisse deceptionis ultra dimidiam partem iusti pretii beneficii restitutionis in integrum doli malitie pacti conventi actionis in factum et cum in genere ac in specie non solum renuntiationes quarumvis exceptionum ac defensionum sed etiam abdicaciones canonici auxilii ac legalis hinc inde fecerimus pro nobis et cunctis nostris heredibus modernis pariter et futuris. Nichilominus per sollempnem stipulationem promittimus firmiter ac districte, quatenus memorato monasterio in evictionis causa<sup>3</sup> nostris sumptibus secundum iustitiam caveamus ad hoc revera personam nostram cunctos heredes nostros et omnes res nostras ypotecarias reddimus obligatas. In quorum omnium evidentiam presens instrumentum antedicti . . . prepositi, nostri et universitatis populi de Ruthelingen sigillis fecimus communiri et virorum honorabilium . . . decani in Ezzelingen, Volmari rectoris ecclesie in Anthringen, Rüdolfi rectoris ecclesie de Sighalmingen,<sup>4</sup> Diettrici prespiteri de Sundelvingen, Hainrici sacriste de Ezzelingen, magistri Conradi<sup>5</sup> rectoris scholarum in Ezzelingen, Wolframmi militis de Bernhusen, Johannis filii sui, Hugonis dicti Nallinger, Cûnradi dicti Cruzin, Cûnradi dicti Rotter, Wezelonis dicti de Kirchain, Johannis dicti de Grûningen, Bertholdi dicti Eninger et aliorum fide dignorum testimoniis roborari. <br> <br> Actum et datum anno domini MCCLXXXVI., X. kalendas Decembris, indictione X.

Textabdruck folgt dem Original, ehemals im Preußischen Hausarchiv Charlottenburg. <br> <br> Die beiden ersten Siegel sind abgebildet Monumenta Zollerana, 1, 105, das dritte s. WUB, Bd. VIII, S. 389, Nr. 3231. <br> Eine zweite Urkunde vom gleichen Datum und auch sonst übereinstimmend mit erhaltenem 2. und 3. Siegel im Staatsarchiv Stuttgart zeigt die unten angeführten erheblichen Abweichungen.

---

<sup>3</sup>B: ab evictione.

<sup>4</sup>B: Sigehelmingen.

<sup>5</sup>B: C.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

A: GStA Berlin PK, B: HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

A: BPH Urkunden I. B. 2. Nr. 11, B: A 474 U 602

### Überlieferung und Textkritik:

2 Originale mit Abweichungen. Abschriften von B in den Kopialbüchern HStA Stuttgart H 14 Nr. 20, S. 572 und Nr. 24, Heft 22, S. 3.

### Editionen:

RUDOLPH M. FREIHERR VON STILLFRIED-ALCÁNTARA UND TRAU-GOTT MÄRCKER (HRSG.): Monumenta Zollerana: Urkundenbuch zur Geschichte des Hauses Hohenzollern, 8 Bde. und Register, Berlin 1852-90, 1, 104 ( Auf diese Urkunde bezieht sich die Bestätigung durch die Söhne Graf Friedrichs von 1298 August 13). Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 14, S. 440 (Abdruck der zweiten Urkunde).

## Weitere Angaben

### Beschreibstoff:

Pergament

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Esslingen

### Ortsindex:

Augsburg, A<br> Bebenhausen Wohnplatz (16199)<br> Bebenhausen, Tübingen, TÜ<br> Bernhausen Wohnplatz (481)<br> Bernhausen, Filderstadt, ES<br> Breitenholz Wohnplatz (16223)<br> Breitenholz, Ammerbuch, TÜ<br> Burg Hohenzollern Wohnplatz (16302)<br> Burg Hohenzollern, Bisingen, BL<br> Entringen Wohnplatz (16224)<br> Entringen, Ammerbuch, TÜ<br> Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)<br>

#### IV

Esslingen am Neckar, ES<br> Kirchheim Wohnplatz (5873)<br> Kirchheim, Heidelberg, HD<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Markgröningen Wohnplatz (1046)<br> Markgröningen, LB<br> Sielmingen Wohnplatz (490)<br> Sielmingen, Filderstadt, ES<br> Sondelfingen Wohnplatz (15985)<br> Sondelfingen, Reutlingen, RT